

manifeste adstruit, pari eos jure sic dici, quo illorum accolae, quos Arbitae vocant, Indi nominantur, (VI, 21, 6.) καὶ ἅμα ὡς τοῖς Ὀρείταις, τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς αὐτονόμοις ἐκ πολλῆ ἔσιν, ἄφνω ἐπιπεσεῖν. Sed verba suspecta sunt Salmasio, et legendum conjicit Ὀρείταις καὶ τοῖς etc. ut Arbies

intelligat Oritis vicinos. Mihi verisimilius videbatur, fuisse Arriani ἀμάρτημα μνημονικόν, aut expuncta voce scribendum τοῖς Ὀρείταις, τοῖς ταύτῃ αὐτονόμοις etc. Blanc. cf. 25, 2-4., ubi Arabitae et Oritae Indis adnumerantur, et Mannert l. l. p. 17. et nota ad Exped. VI, 21, 6.

XXIII. Ὀρμηθέντες δὲ ἐκ 1 τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀράβιος, παρέπλεον τῶν Ὀρειτέων τὴν χώραν· καὶ ὀρμίζονται ἐν Παγάλοισι, πλώσαντες σαδίους ἐς διηκοσίους, πρὸς ῥηχείη· ἀλλὰ ἀγκύρησι γὰρ ἐπίβολος ἦν ὁ χώρος· τὰ οὖν πληρώματα ἀπεσάλευον ἐν τῇσι νηυσίν· οἱ δὲ ἐφ' ὕδωρ ἐκβάαντες, ὑδρεύοντο. Τῇ δ' ὑσεραίῃ 2 ἀναχθέντες ἅμα ἡμέρη, καὶ πλώσαντες σαδίους ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίους, κατὰ-

XXIII. Ab ostio itaque Arabis digressi, Oritarum regionem praeternavigantes, ad Pagala cc circiter stadia emensi stationem habuere, ad locum aestuosum quidem, sed ancoris jaciendis idoneum. Remiges igitur in navibus manebant; quidam vero aquatum egressi aquam attulerunt. Postridie inde cum luce digressi, et circiter ccccxxx stadia emensi sub vesperum in Ca-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXIII.

1. ἐκ τῆς ἐκβολῆς — ex Opt. pro vulgato ἐκ τῶν ἐκβολῶν. Nusquam enim auctor de pluribus quam uno Arabis ostio loquitur. Ex eodem mox edidi τὰ ἐν pro τὰ μὲν ἐν πληρ.

2. ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίους — ex Opt. pro vulgato ἐς τριήκοσις. Sed non inconcinna est conjectura Conr. Arn. Schmidii (in versione germanica Indicorum pag. 58.) lectionem optimi inde natam censentis, quod librarius